

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

**E**zechiel diuinus ppheta. Cum transmigratio babilonis a Joachim rege iude vt premissus est ince-  
pit et ipse cum mardocheo transmigravit. Postea sedechias annis. xi. regnauit: in quo anno destructa ē  
ciuitas et templū. Inde decimoquarto anno post deuastationē Ezechiel hāc visionē ppheticā vidit  
Templū aut vt in figuris cerni potest: multas māiones habebat: sicuti ciuitas: muri ei⁹ erāt ppugnacū ad  
modū ciuitatis. Mons in quo erat templū aliquantulū demissus erat: In parte australi magis q̄ aquilona-  
ri. Angel⁹ aut stans in porta muri exterioris locut⁹ est ac mēsurabat certis mēsuris que maiores erāt quam  
in ceteris reb⁹ p̄mūb⁹. Totū igit⁹ templi edificū in spacio quadrato sitū erat. Cui⁹ vnū lat⁹ directe ad ori-  
entem positū: oppositū ad occidentē: Alia duo ad aquilonē et meridiē. In quo spacio triplex mur⁹: Exteri-  
or. medi⁹. interior: Spaciū p̄tentū inter mediū et interiorē dicebat⁹ atrū exteri⁹. Reliquū spaciū inter mu-  
rum mediū et exteriorē: loc⁹ vulgi appellabat⁹. Gentiles em̄ ad orandū ob deuotionē templū accesserūt. To-  
tum vero quadratū p̄tīm in summitate mōtis in plano erat: p̄tīm in mōtis pendulo. que gibbositas spacij  
cū in plano figurari nō potuit imaginatiōe suppleri debet. Ad hoz intelligētiā posita est prima figura.  
In orientali deinde parte muri exterioris in medio eius quedam erat apertura. x. cubitoꝝ latitudinis in  
qua erat porta. Simili modo in secūdo muro et tercio directe se respiciētes. In latere deniq; muroꝝ aq-  
lioni et australi due porte consimiles erant: vt secunda figura ostendit.

**H**abebat aut hec porta oriētalis gradus ob decliuitatē mōtis: vt a loco vulgi ascēsus p. viij. gradus  
ad portā foret. Vestibulū q̄z habuit spaciū ante apturā mediij muri quiq; cubitoꝝ in latū ab oriente  
in occidentē. Et. xv. in longū ab aquilone in austrū. Extabat et portic⁹ edificū sitū sup apturā mu-  
ri mediij: et ex pte interiori ipsius muri trāsiens vltra mediū p. viij. cubitos inter atrū exteri⁹. Et a terra vsq;  
ad summitatē hui⁹ portic⁹ cubiti quinquaginta sunt. Et iuxta postes hostij sunt due turres: quarū altitudo  
lx. cubitoꝝ sicuti in portis castrorū: Frontes dicte ad decorē porte. Ac in summitatib⁹ turriū pomelli: et ra-  
mi palmarū celati: etiā iuxta turres sex thalami p portarijs appenditia dicta. Ad horum intelligētiā posi-  
te sunt due figure (post primā et scōdam) sequētes: Quarū prima sitū porte portic⁹ et vestibuli frontiū et thala-  
morū scōm lineas fundamētales representat. Altera figura altitudinē porte portic⁹ et frontiū a pte orientali  
ostentat. Portic⁹ aut edificū sup portā in atrio duas habet māiones supiorē et inferiorē et fenestras ob-  
liquas. Vltra aut portā scōi muri inter mediū et terciū pauimentū stratū sub diuo scilicet platea pauimēta-  
ta erat. Triginta quoq; gazophilatia in circuitu pauimēti. ad lat⁹ australe decē: que occupāt. c. cubitos. et  
quatuor ex vna pte atrij exterioris et quatuor ex alia parte eiusdē porte que cum ipsa occupant. c. cubitos.  
Duo vero residua gazophilatia ponūt iuxta thalamos porte oriētalis atrij interioris vnu in pte vna: reli-  
quum in altera. que cū ipis et cui⁹ thalamis occupāt. c. cubitos p modū inferius figuratum. Et ad maiores  
distinctionē a thalamis gazophilatia rubei coloris sunt. Porte aut aquilonaris et australis similes sūt por-  
te orientali: Similis ferme descriptio portarū et vestibulorū mediij et interioris muri extat. Ostiū vero in  
frontib⁹ portarū diuersarū erat: et ibi holocaustū lauabāt. s. carnes cremādas in altari holocaustorū ac mēse  
que immolationi deseruiebāt p peccato et delicto. Huc item pietes existētes ex vtraq; pte ostij et ante illas  
in porticu erāt due colūne: altera hinc: alia inde vt in templo Salomonis fuit. Longitudo vero parietū tem-  
pli. c. cubitoꝝ extat. Altitudo. c. xx. et latitudo intra muros. xx. cubitos cōtinet. Duo pietes. xij. cubitoꝝ  
p̄minētia pilarioꝝ vltra parietes hinc et inde. x. cubitoꝝ: latitudo appēditioꝝ. viij. cubitoꝝ. paries claudēs  
appenditia hinc et inde. x. cubitoꝝ et latitudo loci oratiōis similiter. x. cubitoꝝ. Qui numeri simul iūcti sa-  
ciunt. lxx. iuxta ezechielē. Intrinsic⁹ deinde sanctū scōꝝ ponebat⁹ qd interi⁹ templū (vt in tabernaculo moi-  
si interi⁹ tabernaculū) dicebat⁹: Paries vero nō multū altus nec sustinēs aliud pond⁹ diuidebat sanctum et  
scōꝝ. Cui⁹ longitudo erat. xx. cubitoꝝ. Adiuncta fuerūt latera siue appenditia laterib⁹ templi exteri⁹  
us ad herētia in latere occidentali. vi. in latere aquilonari qd est multo longi⁹. xxx. Et similiter in australi qd  
est equalis lōgitudinis: in oriētali nō sunt ponēda cū ibi templi ingressus pateat. Pilarij tandem annexi  
fuerūt p̄minētes extra pietes: vt fit in arduis edificijs ad ipsa fortificāda: In occidentali pte tres pilarij: duo  
in extremitate vnius in medio. et p̄minēbāt. v. cubitis: et hec p̄minētia pilarioꝝ in tribus locis pforatur  
vno sup aliū atq; in his foraminib⁹ trabes figurē ad portandū tria tabulata: ita disposita vt p̄mū distat a  
terra p sex cubitos: et ita reliqua ab illo. Sicq; ascendūt iuxta murū templi. xvij. cubitos. Inferior aut mā-  
sio templi vsq; ad p̄mū tabulatū seu cenaculū ponēda est. xxx. cubitoꝝ vt in templo salomonis. vt pies tem-  
pli ad recipiendū lumē p fenestras sine obstaculo p. x. cubitos maneat. Circa duo vero latera templi scō-  
aquilonare et australe duo edificia ponūt a muris templi p. xx. cubitos distantia: et qdlibet. c. cubitoꝝ lō-  
gitudinis et. l. latitudis. Ad ea intelligēda posite sunt tres figure solij p̄cedēt. Prima representat scōm li-  
neas fundamētales toti⁹ editij posteriorē ptem. Scōda altitudinē templi ostendit et appēditioꝝ circa ipm.  
Tercia altitudinē edificij aquilonaris: et similiter australis que similia sunt. Altare aut holocaustorū ex  
ptibus compositū fuit. Prima ps iuxta terrā dicebat⁹ sinus siue fundamētū: et eleuat sup terrā cubitū vnū  
Scōda crepido minor et restringit⁹ edificū p cubitū vnū et ascendit p duos cubitos. Tercia crepido maior  
iterū restringit⁹ et eleuat sursus p quatuor. Quarta arie vocat⁹ simili mō p. iij. ascendit: vt altitudo altaris  
a terra sit. xi. cubitoꝝ. Que egrediebant⁹ de templo p modū fonticuli scaturientis de limine scōꝝ et in  
p templū trāsibāt declinādo parū ad lat⁹ dextrū. et inde ad porticū tēplī et postea ad atrū interi⁹ ab occide-  
te in orientē. Aliqui has aquas ante egressus de atrio interiori diuiserūt in quatuor riuulos: vt p egressū  
de porta oriētali exterioris muri in vnū cōueniāt ceteri id refutant. Et sic cōpleta sunt ad edificationes et  
dispositiōē templi p̄tinentia. Figura laudabilis nūc sequitur simul totū editij reſsentans qd p ptes su-  
perius est figuratum et scōm lineas fundamētales cuncta ostentat.